UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Radegunde regina. Cap[itulum]. lx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

intimauit: promiſſione ſibi facta: ꝙ aurum vel
gemmas repertas eidem concederet: ipſe ꝟo
corpus haberet. Cunq̄ ei locum indicaſſet: et
extracto corpore nihil inueniſſet: porphyrius
fugit: ⁊ hyreneꝰ: vocato alio chriſtiano nomine
abundio corpus ad iuſtinū presbyterū detulit:
qui illud iuxta corpora Hippoliti ⁊ aliorum ſe-
peliuit. Paſſi ſunt autem idibus auguſti.

¶ De ſancto Hippolito epiſcopo. Cap. lvij.

Hippolitus epiſco-
pus aphricanꝰ: claruit tēpore ale
xandri imperatoris: qui vite ſan-
ctitate plenus ⁊ doctrine ſuauita
te melliſluꝰ plurima in dei eccle-
ſia opuſcula condidit: videlicet librū de paſcha
compoſuit. Item in exameron. Itē contra mar
tionem. Item in cantica canticorum. Item in
geneſim. In zachariam prophetam. In librum
pſalmorum. In eſaia. In daniele. In apocali-
pſi. In prouerbijs. In eccleſiaſtice cōmentari-
os edidit. Librum compoſuit de Saule ⁊ phy-
thoniſſa. De antichriſto. De reſurrectione. De
laude dn̄i ſaluatoris: ⁊ proſhomeliō: ⁊ plenus
virtutibus in pace quieuit: vt dicit gēnadius li-
bro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Caſſiano ep̄o ⁊ mar. Cap. lviij.

Caſſianꝰ
ep̄us paſſus
eſt apud ciui
tatem forū
ſylle ſiue cor
nelij a ſylla
cornelio duce romanoꝝ dictā
que nunc imola nuncupatur.
Hic gn̄e pōtifex fuit ciuitatꝭ
brixineſi. que ciuitas eſt i af-
finibus allemanie poſita: qui pegrinatiōis grā
venit ad imoleſi. ciuitatē: vbi dū ſcholas puero
rum regeret: ⁊ xp̄m dn̄m predicaret tp̄e pſecu-
tionis a paganis tentus queſitū eſt quid artis:
aut q̄d haberet officij. Reſpōſumq̄ eſt: ꝙ pue-
ros litteris erudiret. Statiq̄ a pſecutore quē
ſpreuerat: per ſn̄iam addictū eſt: vt ipſius diſci
puli in magiſtri ſanguinē quō vellēt: cū corpis
laceratione ſeuirent. Statuit̄ ergo in medium
ſpoliatus: ⁊ poſt terga ligatus manibꝰ. Armati
itaq̄ ſtilis pueri circūſtātes: ac tabulis illude-
bant magiſtro: ⁊ i capite ipſius fractis tabellis
acutiſſimis ſtilis mēbra eiꝰ nō ceſſabāt effode
re. Multis itaq̄ vulneribꝰ dei martyr pfoſſus:
vix retrahēs ſuſpiria: humili eos hortabat̄ voce
vt eſſent viribꝰ fortiores: ⁊ eos nos ꝟture tran-
ſcenderent. Sicq̄ pervenas totiꝰ corporis ſan
guis effuſus piā aīam conditori ſuo cum gloria
tradidit ⁊ corona: ⁊ ſepultus iacet in ipſa ciui-
tate: qui paſſus eſt idibus auguſti.

¶ De ſctō caſſiano p̄sbytero ⁊ confeſ. Cap. lix.

Caſſianus
presbyter de q̄
frater vincētiꝰ
⁊ gēnadiꝰ cla-
ruit tp̄e hono-
rij imꝑatoris: vir illuſtris et
facūdus. Alio noīe dictus io-
hannes heremita. Qui de ec-
cleſia cōſtātinopolitana p he-
reticos eiectꝰ in maſſilia gal-
lie presbyter ordinatꝰ: duo cōdidit monaſteria
virorū ⁊ mulierū: que hodie extant. ¶ Scripſit
multa opuſcula ad fidei noſtre exhortationem.
Scripſit eñi vitas patrū in egypto degentiū ⁊
regulas: que multarū animarū edificationē cō
tinēt et luculento ſermone niteſcūt. Scripſit ⁊
res oīm monachorū neceſſarias. i. debitū ⁊ de
canonica orōne atq̄ pſalmodia: q̄ in egypti mo
naſterijs die noctuq̄ tenet̄ libros. iiij. Inſtitu-
tionū lib. i. De origine ⁊ qualitate: ac remedijs
viij. prīcipaliū vicioꝝ lib. viij. ſingl'a ſingulis ex
plicans. Digeſſit ⁊ collationes cū patribꝰ egy-
ptijs habitas: videlꝫ de deſtinatione monachi
ac fide. De diſtrictione. De tribꝰ ad ſeruiēdum
deo vocatiōibꝰ. De pugna carnis aduerſus ſpi
ritū: ⁊ ſpūs aduerſus carnē. De natura oīm vi-
tiorū. De nece ſctōꝝ. De nobilitate aīe. De prin
cipibꝰ. De qualitate orōnis. De pfectis. De ca-
ſtitate. De ꝓtectione dei. De ſciētia ſpūali. De
diuinis chariſmatibꝰ. De amicitia. De diffinien
do: vel nō diffiniendo. De tribꝰ antiquis gene-
ribus monachorū: ⁊ quarto nuper exorto. De fi
de cenobite ⁊ heremite. De ſatiſfactiōe penitē
tie. De remiſſiōe quīquageſime. De nocturnis
illuſionibus. De eo qd̄ dicit apl's. Nō eñi quod
volo facio bonū: ſed qd̄ nolo malū hoc ago. De
mortificatiōe: ad extremū rogatꝰ a leone archi-
diacono poſtmodū romano ep̄o: aduerſus neſto
rium de incarnatione dn̄i. vij. cōdidit libros: in
quibus apud maſſiliā ſcribendi: ⁊ vite terminū
dedit. Imperantibus theodoſio ⁊ valētiano.

¶ De ſancta Radegunde regina. Cap. lx.

Radegūdis regina
turingorū nobiliſſima clotharij
regis francorū vxor: claruit an
no. xxx. iuſtini imperatoris: vt
ait ſigibertus. Hec natiōe bar-
bara patre rege berēgario no-
mine progenita: dū regio ſua frācis eſſet depo-
pulata: de patria ſua in galliam in predam ab-
ducta: veniens in ſortem Clotharij ob nimiam
ſpecioſitatem ab eo in cōiugem ducta eſt. Que
tamen deo potius ꝙ regi ſeruiebat ieiunijs: vi-
delicet elemoſynis et orationibus vacans: car-
nem cilicio domans: deſuper regalibus indue-
batur. ¶ Adhuc in palatio regis conſiſtens:
dum in pruina villa per pomerium ambula-

ret: ⁊ audiſſet voces compeditorū eius miſeri-
cordiam implorantium: pro ipſis in orationem
ſe dedit: et contritis compedibus ilico omnes
abſoluit. Dum autē frater regis in bello occi-
ſus eſſet: ille ex hoc motus vxori dudū poſtula
tam ⁊ optatā petitionē cōceſſit: ꝙ. ſ. deo libere
ſeruire poſſet. Que veniens ad ſanctū medar-
dum nouionēſ. epm: ab eo cōſecratꝰ in xpi ſpō-
ſam: ⁊ pictauis monaſterio cōſtructo: ordināte
rege clothario ibidē ſe incluſit: oībus ſuis pau
peribus traditis: multiſq; inibi ſororibus con
gregatis: earum abatiſſa facta cum eiſdem an-
cillis xpi in ſanctitatevite pollēs ſolis diuinis
inſiſtebat: pauperes quotidie recreās: ⁊ carnē
penitentia dira caſtigans. Multis quoq; mira
culis claruit. ¶ Nam mulierem a diabolo ob-
ſeſſam ſolo imperio ī xpi nomine liberauit: qui
cum fluxu ventris ea in eccleſie pauimēto diſtē
ta egreſſus eſt. ¶ Arborem lauri de aliquo loco
euulſam et in orto ſuo pro ſolatio tranſplanta
tam: dum aruiſſet: oīno ad vitam ⁊ viriditatem
reuocauit. ¶ Infantulā vnam ex monachabus
nuper defunctam in cellula ſua recluſam dudū
ſuper corpus orans cū lachrymis a mortuis ſu
ſcitauit. ¶ Cū imperator iuſtinus eidē per nū-
cios ſuos partē ligni crucis dñice auro conte-
ctam deſtinaſſet: illiq; redeuntes in mari nau-
fragiū paterentur: ſanctā inuocantes reginā:
columbā tertio circa nauē volantē conſpiciūt.
Cui dum vnus ex cauda tres pennas auelleret:
⁊ in mare miſiſſet: tranquillitas mox ſubſecuta
eſt. ¶ Tribunus quidam nomine domebeuus
gutturis prefocationem patiēs: die quo ſancta
migrauit a carne: vidit in extaſi reginā radegū
dem ad ſe venientem ⁊ eadem hora ſe de cor-
pore exiſſe nunciantem: cumq; admonentem:
vt eccleſiam ſancti martini in loco ſibi oſtenſo
edificet ⁊ detentos relaxet: et ſic ſanitatem re-
cipiet. Qui poſtq̄ hec promiſit ad ſe redijt: ſe-
q; ſanatum reperiens: diem horamq; notauit:
⁊ inuenit ſanctam a ſeculo tunc migraſſe: vnde
mox dimiſſis. lxxiij. detentis in vinculis eccle-
ſiam ſancti martini in loco vbi nunc eſt de pro-
prio edificauit. Quieuit in pace ſancta rade-
gundis idibus auguſti in ſuo cenobio picta-
uis tumulata.

¶ De ſancto Helia propheta. Cap. lxi.

Helias pro-
pheta de galaad o-
riginē trahēs: cuiꝰ
tamē nomē patris
in ſcriptura nō habetꝰ: non ſo-
lū eccleſiaſtici. xlviij. cap. in-
ter patres antiqui tpis glo-
rioſus cōmendatꝰ: ſed etiā ab
ipō ſaluatore in aliqua euāge
lij parte magnificatur. Qui
tempore achab regis iſrael et ioram filij eius
in iſrael claruit: nō ſolum inſignis ꝓphetie gra
tia: ſed etiā excellenti miraculorū gloria: que a
xvij. capi. tertij libri regū vſq; ad ſcōm quartꝰ
cōmemorantꝰ. ¶ Cum eñ achab rex iſrlꝰ ad in-
ſtantiam impie coniugis iezabelis omnē iſrael
adeo ꝑuaricare ⁊ baal adorare feciſſet: ad pre-
ces helie ꝓphete in vltionem tanti ſceleris: do
minus clauſit celū: nec dedit pluuiā ſup terraꝫ
annis tribus ⁊ mēſibus ſex: ꝓpter quod fames
⁊ ſterilitas magna fuit per vniuerſum regnum
iſrael. Helias aūt ex precepto dñi latuit in tor-
rente carith iuxta iordanē: vbi corui deferebāt
ei panes ⁊ carnes mane ⁊ veſpere ⁊ bibebat de
torrente donec ſiccaretꝰ. Poſtea vō veniens in
ſareptam ſidonioꝝ que eſt inter tyrū ⁊ ſidonem
vrbs modica: vidit mulierē viduā colligentem
ligna. Ad quam cum petijſſet modicū aque ad
bibendum: ⁊ illa pergeret vt afferret: petijt et
bucellam panis ad edendum. Cumq; illa dice-
ret ſe non habere niſi modicuꝫ farine in hydria
quantum eſt pugillus ⁊ parum olei in lechito.
Juſſit helias ſibi fieri ſubcinericium paneꝫ de
ipſa farina: promittēs per nomen domini: quia
nec farina nec oleum deficeret vſq; ad tempus
fertilitatis. Et ſicut ipſe predixerat ſic factum
eſt. ¶ Deinde cū filius vidue ipſius apud quam
helias cōmanebat defunctus eſſet. Helias pue
rum mortuū ſuper lectulū ſuum poſuit: et ora-
tione facta eum a mortuis ſuſcitauit. Hūc tra-
dunt hebrei fuiſſe ionam prophetam: ſicut di-
ctum eſt ſupra in geſtis Jone prophete. vi. ka-
len. februarij. Tunc iezabel regina omnes pro-
phetas domini quos inuenire potuit: occidi
mandauit. Abdias vō procurator domꝰ achab
abſcondit in ſpelunca cētum viros prophetas:
⁊ pauit eos pane ⁊ aqua: propter quod poſtmo
dum ſpiritu prophetico dotatus eſt. De quo ſu
pra actum eſt in geſtis eius nono kalen. ianua-
rij. Poſt tres annos ⁊ dimidium ſterilitatis et
famis helias propheta qui vſq; tunc latuerat:
achab regi iſrael ſe oſtendit: dum ipſe rex pro-
pter ſterilitatem quereret pabula equis ſuis: ⁊
nō inueniret: increpauitq; eum propheta ꝙ do
minum reliquiſſet: ⁊ deos gentium ſequeretur
et coleret. Deinde hortatu eius ad imperiū re-
gis congregatis multitudine populi et octin-
gentis ⁊ quinquaginta prophetis baal in mon
te carmeli. Helias ad populum ait: ne in duas
partes claudicarent: ſed aut dominū deum pa-
trum ſuorum: aut baal ſequerentur: deditq; eis
optionem talem: vt duo boues educerentꝰ: quo-
rum vnus daretur prophetis baal: et alius ſibi
ſoli: ⁊ vnaqueq; pars bouem ſuū in fruſta con-
ciſum ſuper ligna poneretur: igne non ſuppo-
ſito: et inuocaret deum ſuum: et qui exaudiret
igne dato de ſublimi: ipſe eſſet verus deus.
Placuitq; propoſitio populo. Cūq; ſacerdotes
baal feciſſent quod dixerat helias inuocantes
Baal a mane vſq; ad meridiem tranſiliebant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN